



“Apéndices”  
p. 263-274

*Las bulas alejandrinas de 1493 y la teoría política del papado medieval. Estudio de la supremacía papal sobre islas 1091-1493*

Luis Weckmann

México

Universidad Nacional Autónoma de México  
Instituto de Historia

1949

317 p.

Figuras, mapa

(Publicaciones del Instituto de Historia, Primera Serie, 11)  
[Serie Historia General, 1]

[Sin ISBN]

Formato: PDF

Publicado en línea: 11 de abril de 2021

Disponible en:

[http://www.historicas.unam.mx/publicaciones/publicadigital/libros/013/bulas\\_alejandrinas.html](http://www.historicas.unam.mx/publicaciones/publicadigital/libros/013/bulas_alejandrinas.html)

D. R. © 2019, Universidad Nacional Autónoma de México-Instituto de Investigaciones Históricas. Se autoriza la reproducción sin fines lucrativos, siempre y cuando no se mutile o altere; se debe citar la fuente completa y su dirección electrónica. De otra forma, se requiere permiso previo por escrito de la institución. Dirección: Circuito Mtro. Mario de la Cueva s/n, Ciudad Universitaria, Coyoacán, 04510. Ciudad de México



## A P E N D I C E S

- Nº 1.—Texto de la bula *Cum universae insulae* del papa Urbano II.
- Nº 2.—Texto de la bula *Cum omnes insulae* del papa Urbano II.
- Nº 3.—Copia histórica del texto original de la bula *Laudabiliter* del papa Adriano IV.
- Nº 4.—ROTULUS INSULARUM





Nº 1

Texto de la bula *Cum universae insulae*, del papa Urbano II (3 de junio de 1091), que concede la posesión de las islas Lipari al abate del monasterio de San Bartolomé de Lipari, y a los sucesores canónicos de éste, en virtud de la *doctrina omni-insular*:

“URBANUS, episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri Ambrosio abbati Liparitano, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. *Cum universae insulae secundum instituta regalis iuris sint, constat profecto qui religiosi imperatoris Constantini privilegio in ius proprium b. Petro ejusque successoribus occidentales omnes insulae condonatae sunt*, maxime quae circa Italiae oram habentur, quorum multae peccatis erigentibus accolarum a Saracenis capta Christiani nominis gloriam amiserunt. Inter quas Liparis B. Bartholomaei apostoli corpore quondam insignita, eremi instar redacta cognoscitur, quam multis annorum curriculum evolutis, cum Saracenorum vires divinae misericordiae potentia repressisset, religiosi fratres divinae servitutis studio aemdem ingressi insulam, monasteria illi domicilia construere curaverunt, et plurimos in eadem insulam colonos sua industria constituerunt. Nos itaque, quibus ex divinae arbitrio voluntatis per apostolicae sedis culmen cunctarum sollicitudo imminet Ecclesiarum, licet in eadem insula episcopatum quondam fuisse in S. Gregoriana paginae registris agnoscamus, quia tamen episcopi dignitatem nunc ipsius loci exiguitas et accolarum raritas non meretur, monasterium tamen illi habere, et totius insulae ambitum possidere praesentis paginae auctoritate sancimus Ipsum etiam monasterium, cui fraternitas tua, auctore Domino, praesidet, in B. Bartholomaei honore et nomine consecratum in S. R. et apostolicae sedis favendum speciali protectione suscipimus. Per praesentem igitur nostri privilegii paginam apostolica auctoritate statuimus ut quaecunque hodie idem caenobium iuste possidet, sive in posterum concessione pontificum, liberalitate principum, vel oblatione



fidelium, iuste atque canonicè poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem coenobium temere perturbare, aut ei subditas possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Obeunte te nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia vel violentia praeponatur, nisi quem fratres communi favore vel fratrum pars consilii sanioris elegerit, electus autem ad Rom. pont. consecrandus accedat. Vos itaque, filii in Christo dilecti, oportet regularis disciplinae institutiones ferventer insistere, et divinae legis praecepta studiosius observare, ut quanto a saecularibus tumultibus liberiores estis, tanto solertius placere Deo totis mentis et animae viribus anheletis. Ad indicium autem perpetuae a Romana Ecclesia libertatis, unam auri unciam per annos singulos Lateranensi palatio persolvatis. Sane si quis erastinum archiepiscopus, episcopus, imperator aut rex, princeps aut dux, comes aut vicecomes, aut iudex, aut persona quaelibet, magna vel parva, potens vel impotens, huius nostri privilegii paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, cum honoris sui et officii periculo subiacere decernimus, et a Christi atque Ecclesiae corpore auctoritate apostolica segregamus. Conservantibus autem pax a Deo, et misericordiae praesentibus et futuris saeculis conservetur. Amen, amen, amen.

Datum Militi per manus Joannis S. R. E. diac. card., III Nonas Iunii, ind. xviii, incarn. Domini 1091, pont. vero D. Urbani anno quarto”.

(MIGNE, *Patrologia Latina*, CLI, cols. 329-330; UGHELLI, *Italia Sacra*, I, 775; cf. ROCCA-PIRRO, “Liparenis Eccl. Notitia”, VIII, lib. III, en: J. G. GRAEVIUS, *The-saurus Antiquitatum et Historiarum*, etc., X, 1125-1126).

Texto de la bula *Cum omnes insulae*, del papa Urbano II (28 de junio de 1091), por medio de la cual la república de Pisa ob-

tiene del Papado, en virtud de la *doctrina omni-insular*, la posesión de la isla de Córcega:

“URBANUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto fratri DAIMBERTO, Pisanorum episcopo, eiusque successoribus canonicè substituendis in perpetuum. *Cum omnes insulae secundum statuta legalia iuris publici habeantur, constat etiam eas religiosi imperatoris Constantini liberalitate ac privilegio in beati Petri vicariorumque eius ius proprium esse collatas.* Intercidentibus autem plurimis divina dispositione iudicorum calamitatibus proprietatis huius in quibusdam passa est Ecclesia Romana iacturam. Caeterum et canonicis, et legalibus institutis Romanae dignitatis proprietas non prolixitate temporum non divisione regnorum ulla diuturnitate possessionis excluditur. Licet igitur annis plurimis Romana Ecclesia Corsicae possessione caruerit, praedecessoris tamen nostri Gregorii VII in eiusdem ius noscitur auctore Domino rediisse. Nos igitur dilectiss. fr. nostri Daimberti Pisanorum episcopi, ac nobilium civium, et charissimae beati Petri filiae Mathildis comitissae postulationibus inclinati, quia multum iam dudum obsequiis Pisanorum gloriosa nobilitas Romanam sibi Ecclesiam fecit obnoxiam, praedictam insulam vice nostra Pisanae Ecclesiae consilio clericorum cardinalium, aliorumque nostrorum fidelium committimus et condonamus, ita videlicet ut quandiu eadem Pisana civitas episcopum non invasione tyrannica sed cleri et populi electione canonica per Romani pontificis manus acceperit, quemadmodum Landulphum, Gerardum, et te, charissime frater Daimberte, accepisse dignoscitur, et quandiu in ea quam hodie exhibet Ecclesiae Romanae fidelitate perstiterit, huius nostrae donationis locationisve gratia perfungatur, ea scilicet conditione interiecta, ut per annos singulos Lucanae monetae libras quinquaginta Lateranensi palatio, remota qualibet occasione, persolvat. Huius ergo nostrae locationis tenorem inconcussum omnino manere nostra apostolica auctoritate sancimus, quandiu ac ipsi praescriptae fidelitatis pensionisque tenorem debita devotione servaverint, Quocirca successores nostros rogamus ut tam pro beatae Mariae semper virginis reverentia, quam pro nobilissimae civitatis Pisanorum amore ac familiaritate eandem honorificentiam Pisanae Ecclesiae semper impendant: rogamus, et Daimberti praesentis episc. successores, et universos Pisanae urbis cives post praesentia tempora secuturos, ut eandem fidelitatem eandemque devotionem Roma-

nae Ecclesiae semper exhibeant, ut firma inter utrosque fides, benignitas amicitiaque, Domino annuente, permaneat.

Datum Beneventi IV. Kal. Jul. per manus Joannis S. R. E. diaconi cardinalis, indict. XIV, anno Domini incarn. 1091, pontif. autem D. Urbani papae II quarto”.

(KEHR, *Italia Pontificia*, III, p. 320, n° 7; J.-L. 5449; MIGNE, *Patrologia Latina*, CLI, cols. 330-331. UGHELLI, *Italia Sacra*, III, 369 DAL BORGO, *Racc.*, p. 270).

### Nº 3.

Copia histórica del texto original de la bula *Laudabiliter*, por medio de la cual, el papa Adriano IV, alrededor del año 1155, concede el señorío de Irlanda a Enrique II de Inglaterra, basada la decisión pontificia en la *doctrina omni-insular*:

“ADRIANUS episcopus, servus servorum Dei, carissimo in Christo filio illustri Anglorum regi salutem et apostolicam benedictionem. Laudabiliter satis et fructuose de glorioso nomine propagando in terris et aeternae felicitatis praemio cumulando in coelis tua magnificentia cogitat; dum ad dilatandos cclesiae terminos, ad declarandum indoctis et rudibus populis Christianae fidei veritatem, et vitiorum plantaria de agro Dominico exstirpanda, sicut catholicus princeps, intendis; et ad id convenientius exsequendum consilium apostolicae sedis exigis et favorem. In quo facto, quanto altiori consilio et maiori discretioni procedis, tanto in eo feliciorum progressum te, praestante Domino, confidimus habiturum; eo quod ad bonum exitum semper et finem soleant attingere, quae de ardore fidei et religionis amore principium acceperunt. *Sane Hibernia et omnes insulas quibus sol iustitiae Christus illuxit, et quae documenta fidei Christianae ceperunt, ad ius beati Petri et sacrosanctae Romanae ecclesiae, quod tua etiam nobilitas recognoscit, non est dubium pertinere.* Unde tanto in eis libentius plantationem fidelem et germen gratum Deo inserimus, quanto id a nobis interno examine prospicimus exigendum. Significasti siquidem nobis, fili in Christo charissime, te Hiberniae insulam, ad subdendum illum populum legibus et vitiorum plantaria inde exstirpanda velle intrare; et de singulis domibus

annuam unius denarii beato Petro velle solvere pensionem et iura ecclesiarum illius terrae illibata et integra conservare. Nos itaque, pium et laudabilem desiderium tuum cum favore congruo prosequentes, et petitioni tuae benignum impendentes assensum, gratum et acceptum habemus, ut pro dilatandis ecclesiae terminis, pro vitiorum restringendo decursu, pro corrigendis moribus et virtutibus inserendis, pro Christianae religionis augmento, insulam illam ingrediaris, et atque ad honorem Dei et salutem illius terrae spectaverint exsequaris; et illius terrae populus honorifice te recipiat et sicut dominum veneretur jure nimirum ecclesiarum (Ecclesiastico-BARONIUS) illibato et integro permanente, et salva beato Petro et sacrosanctae Romanae ecclesiae de singulis domibus annua unius denarii pensione. Si ergo quod concepisti animo effectum duxeris complendum, stude gentem illam bonis moribus informare; et agas, tam per te quam per illos quod ad hoc fide, verbo et vita idoneos esse prospexeris, ut decoretur ibi ecclesia, plantetur et crescat fidei Christianae religio, et quae ad honorem Dei et salutem pertinent animarum taliter ordinantur, ut a Deo sempiternae mercedis cumulum consequi merearis et in terris gloriosum nomen valeas in saeculis obtinere”.

(G i r. C a m b r., *Opera omnia*, R. S.: I, 62 (*De rebus*); V, 317-18 (*Expugnatio Hibernica*); VIII, 196 (*De principis instructione*). R a l p h d e D i c e t o, vol. I, p. 309. R o g e r d e W e n d o v e r, *sub anno*. BARONIUS, *sub anno* 1159. M I G <sup>o</sup> E, P. L. CLXXXVIII, col. 1441. *Anal. iur. pont.*, xxi, 257 ss. RYMER, *Foedera*, I, 19. MANSI, *Concilia*, XXI, 788. WILKINS, *Concilia*, I, 426. HYER. MAYNARDUS (ed). *Bullarium Romanum* (1739), vol. 2, pp. 351-2. M a t t. P a r i s, *Chronica Majora*, II, 210 s.; *Historia Anglorum*, I, 304).





INSTITUTO  
DE INVESTIGACIONES  
HISTÓRICAS



No. 4

ROTULUS INSULARUM



Rotulus  
Insularum

Léase horizontalmente

	A	B	C	D	E	F	G	H	I	J	K	L	M	N	O	P	Q	
	GORGONA	CORCEGA	ISLAS LIPARI	IRLANDA	IRLANDA	SENONA PONZA VENTUTERIA USTICA	DJERBA y KERKENNAH	CANARIAS	CASTELROSSO	ISLAS AFRICANAS	ISLAS AFRICANAS	ISLAS AFRICANAS	ISLAS COLOMBINAS	ISLAS COLOMBINAS	ISLAS COLOMBINAS	ISLAS AFRICANAS Y COLOMBINAS	ISLAS AFRICANAS	
1	Bula <i>Convenit</i> (LEON IX. XVII Kal. Nov. 1051) ...QUAE INSULA (i. e. Gorgona) SICUT IN S. PETRI PRIVILEGIIS LEGITUR SUB IURE ET DITIONE S. MATRIS NOSTRAE ROMANAE CONSISTIT ECCLESIAE...	Bula <i>Cum omnes insulae</i> (URBANO II. IV Kal. Jul. 1901) CUM OMNES INSULAE STATUTA LEGALIA IURIS PUBLICI HABEANTUR, CONSTAT ETIAM EAS RELIGIOSI IMPERATORIS CONSTANTINI LIBERALITATE AC PRIVILEGIO IN BEATI PETRI VICARIORUMQUE EIUS IUS PROPRIUM ESSE COLLATAS...	Bula <i>Cum universae insulae</i> (URBANO II. III Non. Jul. 1901) CUM UNIVERSAE INSULAE SECUNDUM INSTITUTA REGALIS IURIS SINT, CONSTAT PERFECTO QUI RELIGIOSI IMPERATORIS CONSTANTINI PRIVILEGIO IN IUS PROPRIUM B. PETRO EIUSQUE SUCCESSORIBUS OCCIDENTALES OMNES INSULAS CONDONATAE SUNT, MAXIME QUAE CIRCA ITALIAE ORAM HABENTUR...	Bula <i>Laudalibiter</i> (copia) (ADRIANO IV. ca. 1155) ...SANE HIBERNIAM ET OMNES INSULAS QUIBUS SOL IUSTITIAE CHRISTUS ILLUXIT, ET QUAE DOCUMENTA FIDEI CHRISTIANAE CEPERUNT AD IUS B. PETRI ET SACROSANCTAE ROMANAE ECCLESIAE. NON EST DUBIUM PERTINERE...	Bula <i>Quoniam ea</i> (ALEJANDRO III. A. D. 1172) ...ad dilatandos Ecclesiae terminos, ad declarandum indoctis et rudibus populis Christianae fidei veritatem... pro Christianae religionis augmento...	(INOCENCIO IV. Abril 1924) ...INSULA DE SENONA ...INSULA PONTIANA	Bula <i>Ex tuorum strenuitate</i> (BONIFACIO VIII. III Id. Aug. 1295). ...GERBI ET KARKIM INSULAS...	Diploma <i>Sicut Exhibita</i> (CLEMENTE VI. XVII Kal. Dec. 1344) ...QUEDAM INSULAE... INSULAE FORTUNATAE SALVA SUPERIORITATE ROMANI PONTIFICIS IN EISDEM INSULIS...	Diploma <i>Inter Innumeras</i> (NICOLAS V. Prid. Non. Oct. 1450). ...PARVAM INSULAM... CASTRUM RUBEUM...	Bula <i>Romanus Pontifex</i> (NICOLAS V. VI Id. Jan. 1454) ...SOLITARIAS INSULAS... INSULAS NONNULLIS INSULIS PORTIBUS ET MARI... INSULAS, TERRAS, PORTUS ET MARIA...	Bula <i>Inter caetera</i> (CALIXTO III. III Id. MAR. 1456) ...SOLITARIIS INSULIS, TERRIS, PORTIBUS ET LOCIS IN MARI OCEANO...	Bula <i>Aeterni Regis Clementia</i> (SIXTO IV. XI Kal. Jul. 1481). ...SOLITARIAS INSULAS... SOLITARIIS INSULIS, TERRIS, PORTIBUS ET LOCIS IN MARI OCEANO...	Bula <i>Inter caetera-A.</i> (ALEJANDRO VI. V Non. Maii 1493) ...TERRAS ET INSULAS REMOTAS... CERTAS INSULAS REMOTISSIMAS... INSULIS ET TERRIS...	Bula <i>Inter caetera-B.</i> (ALEJANDRO VI. IV Non. Maii 1493) ...INSULAS ET TERRAS FIRMAS... CERTAS INSULAS REMOTISSIMAS ET ETIAM TERRAS FIRMAS... INSULAS ET TERRAS FIRMAS... PRAFATAS INSULAS AUT TERRAS FIRMAS... INSULIS ET TERRIS...	Bula <i>Dudum siquidem</i> (ALEJANDRO VI. VI Kal. oct. 1493)	Bula <i>Ea quae</i> (JULIO II. IX Kal. Feb. 1505).	Bula <i>Precelse devotionis</i> (LEON X. III Non. Nov. 1514). ...IMPERIA... REGNA... INSULAS...	
2							Christianitatis termini dilatentur... ut orthodoxa fides propagetur et vigeat... aedificare facere Ecclesias et altaria...	...pro exaltatione fidei... ut orthodoxa fides propagetur et vigeat... et Christianitatis termini dilatentur... Ecclesias et monasteri construyendo	...fides orthodoxa... crescat et augmentum suscipiat...	...orthodoxe fidei... propagationem... pro defensione et augmento fidei; ...ac zelo salutis animarum et fidei ardore... infideles ad ipsius fidei gremium reduci... creatoris nomen... divulgari, extolli et venerari... <i>construi in ibi fecit Ecclesias</i>	...ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei et fidei Christianae exaltationem...	...ac zelo salutis animarum et fidei ardore plurimum succensus... Creatoris nomen... divulgari, extolli et venerari... imperii christiani propagationem fidei Catholice exaltatione et dilatatione...	...ut fides Catholica et Christiana religio... exaltetur... amplietur et dilatetur... animarumque salutis procuretur ac barbarae nationes ad fidem... reducantur... imperii christiani propagationem fidei Catholice exaltatione et dilatatione...	...ut fides Catholica et christiana religio... procurantur; Catholice et Apostolice fidei exaltationem... serviendo...				
3				...pium et laudabile desiderium...			...pium et laudabile propositum...	...pium et laudabile propositum...	...pium... propositum et desiderium...	...laudabilis et pii propositi sui...		...laudabili opera et industria...	...sanctum et laudabile propositum...	...sanctum et laudabile propositum...				
4		...condicione... libras L persolvat...	...unam auri unciam... persolvatis	...de singulis domibus... unius denarii beato Petro... solve...	(concessionem)... salva b. Petro... de singulis domibus unius denarii pensione...	...censum... trium librarum... solve...	...sub... censu L unciarum auri...	...censum quadringentorum florenorum... auri... persolvatis...		...(?tributi impositione facere...			...sanctum et laudabile propositum...	...sanctum et laudabile propositum...				
5																		
6	...tibi... concedimus... praedicta insula...	...praedictam insulam... (Pisanam Ecclesiam) committimus et condonamus...	...totius insulae ambitum possidere... sancimus...	...illius terrae (Hiberniae) populus... sicut dominum veneretur...	...concessionem eiusdem b. Petro... de singulis domibus unius denarii pensione... concedimus et confirmamus...	...submisericordiam... possidendam concedit...	...perpetus... concedimus...	...praefatas insulas tibi... concederemus...	...eisdem insulas tibi... concedimus et donamus...	...dominium ipsius insulae... concederemus...	(praefatas insulas)... ad Alfonsum regem... spectare et pertinere de iure... decernimus et declaramus... donamus... concedimus et appropriamus...	(eisdem insulis, etc.)... confirmamus et approbamus...	(ibidem)... approbamus et confirmamus...	(omnes Insulas et terras firmas inventas et inveniendas, versus Occidentem et meridiem, fabricando et constituendo unam lineam... a polo Artico ad polum Antarticum, etc.), donamus, concedimus et assignamus...	...donavimus, concessimus et assignavimus... extendimus... et ampliamus...		...de novo concedimus...	
7							...in feudum perpetuum...	...in feudum perpetuum...										
8							in merum et mistum imperium...	...in merum et mistum imperium...										
9		...nostra apostolica auctoritate sancimus...	...apostolica auctoritate statuimus...			de plenitudine potestatis...	...auctoritate Apostolica confirmamus...	...auctoritate Apostolica et de Apostolica plenitudine potestatis...		MOTU PROPRIO ET EX CERTA SCIENTIA... de Apostolica potestatis plenitudine...	...auctoritate Apostolica EX CERTA SCIENTIA	...MOTU PROPRIO ET EX CERTA SCIENTIA... de Apostolica potestatis plenitudine...	...MOTU PROPRIO... EX CERTA SCIENTIA... ac potestatis plenitudine... auctoritate Apostolica...	...MOTU PROPRIO... EX CERTA SCIENTIA... ac potestatis plenitudine... auctoritate Apostolica...	MOTU ET SCIENTIA ac potestatis plenitudine... auctoritate Apostolica...	...apostolica confirmatio...	...MOTU PROPRIO... EX CERTA SCIENTIA... ac de Apostolica potestatis plenitudine... auctoritate Apostolica...	
10							...investimus...	...investimus...				...investimus...	...investimus...	...investimus...	...investimus...			
11							...ius patronatus tibi... prout instituta canonica, reservando...	...ius patronatus tibi... prout instituta canonica, reservando...				...patrocinio communimus...	...patrocinio communimus...	(Real Patronato?)				
12	...statuentes apostolica censura ut nullus imperator, etc... huius privilegii paginam sciens contra eam temere venire tentaverit... a Christi atque Ecclesiae corpore... segregamus...		...Sane qui imperator, etc... huius privilegii paginam sciens contra eam temere venire tentaverit... a Christi atque Ecclesiae corpore... segregamus...					...et quia... ipso principatu privati... nos... excommunicationis... promulgamus.					...ac quibuscumque... sub excommunicationis latae sententiae plena... si contrafecerint...	...ac quibuscumque personis... sub excommunicationis latae sententiae plena... si contrafecerint...	...quibuscumque personis... sub excommunicationis latae sententiae plena... si contrafecerint...	...sub excommunicationis et aliis penis...		